



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LXXXVIII. Des Klosters Arendsee Verschreibung für den Dechanten zu Boyster über die Stiftung seiner Gedächtnißfeier, vom 24. August 1350.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

facerdotibus ac scolari cuilibet vnum solidum in vigilia Martini annis singulis presentabit. Residuum vero dominabus intra claustrum porcionaliter diuidetur. In premissis vero rei caritatiuam recompensam obitus mei memoria anniuersaria ac Gherardi et heylewigis parentum meorum nominatim, necnon fratrum et sororum meorum in generali in predicta martini vigilia vel proxima die conuentui competenti a sanctimonialibus predictis missis et vigiliis ac aliis consuetis commendacionibus perpetuis temporibus annis singulis peragetur. In cuius Rei euidentiam Sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno domini M^o. CCC^o. Quinquagesimo, in die beati Bartholomei Apostoli gloriosi.

LXXXVIII. Des Klosters Arendsee Verschreibung für den Dechanten zu Boystar über die
Stiftung seiner Gedächtnißfeier, vom 24. August 1350.

Nos Johannes prepositus, Jutta Priorissa totiusque conuentus Sanctimonialium Monasterii sancte Marie virginis in Arneffe reconnosecimus per presentes, Quod honorabilis vir dominus Rodolphus, decanus ecclesie in Boystar, ob salutem animarum sue et parentum suorum Ecclesie nostre vnum mansum in villa Thilebe cum omni Jure de suo proprio comparauit et eundem mansum nostro Conuentui perpetuo assignauit, Ita tamen, quod ad vite sue tempora pactum eiusdem mansi ipse percipiet, et post obitum ipsius mater sua carnalis, quamdiu vixerit, dimidietatem predicti pactus et Conuentus noster dimidietatem percipient. Post vtriusque autem obitum Conuentus totum pactum de predicto manso percipiet omni Jure. Qui pactus annis singulis in manus presentabitur priorisse, et Priorissa de prefato pacto erogabit preposito duos solidos et tribus sacerdotibus ac scolari cuilibet vnum solidum, et residuum dominabus diuidet intra claustrum in vigilia martini. Qua die vel proxima Conuentui competenti prefati domini Rodolphi memoria anniuersaria ac Gherardi et heylewigis parentum suorum nominatim, ac fratrum et sororum suorum generaliter vigiliis et missis secundum Conuentus nostri consuetudinem fideliter peragetur. Vt autem predicta a nobis et posteris nostris firmiter obseruentur, presentem litteram super hiis confectam Sigillis nostris ipsi dedimus sigillatam. Testes eciam huius rei sunt Discreti viri domini Johannes barfwich ac Meynardus, Canonici in Boystar, Gherardus de Lentzen, Ac Nycholaus de Rosfowe, perpetui in ecclesia nostra vicarii, ac quam plures alii fide digni. Datum anno domini M^o. CCC^o. quinquagesimo, In die beati Bartholomei apostoli.